nas, ut imperia magistratus &c. vide & Wesembec. in digest. tit.
cit. num. II. Giphan. in comment. c. 2. l. 5. Ethic. p. 353.
qui ex bonorum fortuna conditione, quā alia eorum sunt publica, alia Privata
hanc dixit & prius stabilit.

**JUSTITIA
Æ DIS-
TRIBU-
TIVÆ
DEFINI-
TIO.** XLVIII. *Distributiva* qd, quæ in rerum exterram vel bo-
narum, quales sunt, Honores, Dignitates, Praemii, Pecuniae, Officia &c. vel
malorum, quales sunt, Castigationes & Supplicia, &c. pro ratione dignitatis
personarum singulis tribuit. Dd. disp. 7. Eth. q. 2. art. 2. §. 3. Do-
naldson. p. 221. Magir. p. 446. Gol. p. 192. quibus & addo
Wesembec. l. cit. hic eleganiss.

XLIX. Ex Phil. definitione Εἰν, ἀφ' ἣς περικλεῖ τὸν δικαιο-
ῦτον, νὴ τὸν δικαιοποιοῦσαν, καὶ βέσσατην τὸν δικαιοῦσαν. Item se
Giph. comment. c. 3. libr. 5. Eth. sequitur: δέσποι Ψυχῆς, Δι-
καιομηνὴ Εὐαλής αἰσιαν. libr. de. virtutib. & vit. dictum & de hac
descrips. infra.

**DEFINI-
TIONIS
I.** L. Examen prioris definitionis sub Iustitia in Genere considerata de iuris
hic propter ea **GENERIS DIFFERENTIAE** Εἰν, οὐκ οὐκ
imitantes.

GENUS. LI. Diciturq; Phil. Δικαιομηνὴ, τὸ τοῦ ποιεῖ Δικαιομηνὸς δικαιο-
ῦτον. s. Eth. c. 2. & 4. Eudem. c. 2. δικαιον Δικαιομηνῆτος
Eth. c. 4. (licet vox Δικαιομηνὸς in textu jungatur vocibus ποιῶν, Δικαιο-
μηνῶν, &c. hic tamen absolute absq; criminis falsi, ut factum ea allegari pos-
test, praecunte & nobis Phil 5. Eth. c. 3. & 4. Eud. c. 2. qui sic: τὸ
Δικαιομηνὸν δικαιον εἴτε.) Cal. p. 342. *Distributio* Giph. p. 352. *Tribuens*.

**DIFFE-
RENTIAE.** LII. Keckermann. sylt Eth. p. 238. & scqq. prīmo Genero
LXXXVIII

litter considerat hanc virtutem, deinde Specialiter quem tractatum, quia est
alij, ut allegata docebunt, familiaris est, & ea mea dabo me regelando; hic
inserere lube

Definitio ejus in consideratione generaliori talis datur: Iustitia Distri-
butiva est, quae servat proportionem in tribuendo eo quo quis jam dignus est.

Estque vel circa Superiorum, vel Pares occupata.

Illi vel Loco & dignitate vel Beneficijs meritis sunt superiora.

Circa horum Primos Θεραπεια uisitatur, quae virtus est, quam nos ultero
superioribus subiecti sumus, eosque bonorum, & debitum officijs obsequio colimus.
Vide & Maurit. l. 2. Eth. c. 28. §. 23.

Estque quatuor partium, quippe quae constat

1. Τιμη, hoc est, debita subiectio, cum nos alicuius personae vel
naturae vel alio quodam iure subiectos agnoscimus.

2. Tum, hoc est, honores, fides, ut Maurit. l. cit. placet, reverentia
quam isti personae & verbis & gestibus exhibemus.

3. Ipso Τιμητησι, hoc est, obedientia & obsequio.

4. Ipsa Δικαιωπεια, hoc est, debita officiorum prestatio.

Oppositam habet Θεραπεια Αρεγαπεια, que viis contraria.

Areptia, quam Contumacia uertere licet. Contumacia enim Maurit.
§. 26. Αρεπη opponitur. 2. Alpeis Contumelia. 3. Αρεθαι,
Inobedientia. 4. Αδικωπεια, debite officiorum prestatiois subtra-
ctione, constat. Deinde & his additο φελυμοδοξια Keckermann.

1. cit. Maurit. §. 24.

Circa Secundos ευχετησι, ou' τιδοις κα' αμοιβης, hoc est, Gratia-
nimi studium, ut Cic. eam vocat, sive, ut Keckermann, latè dicitur,
Gratitudo, qua agnoscimus beneficia nobis praestata, eorumque memoriam conser-
vamus ac utrumque & animo & verbi & gestibus & factis, si licet, testimoniis
beneficij, beneficio compensamus, occupata est.

Estque & haec quatuor partium, quippe quae constat

1. Beneficij accepti agnitione. 2. Ejusdem memoriae. 3. Agniti
memoria, conservatis constationes, que tria complectuntur, Gratiarum action-
em, Verum, Compensationis promissionem. 4. Iustitia, si licet, compen-
satione.

Elegans hinc et Sculpet. l. 1. Eth. c. 32. qui Memoriam accepti bene-
ficij vel voluntatis, & facti ipsius declarari aut. id quod & Maurit. §. 28.

Vulgaribus

Voluntatis signa autem in officia vocatae, quibus animus promptum nos habere ad beneficiorum acceptorum recompensationem ostendimus. hujus generis statuit vota & preces pro salute proximi, officiorumque nostrorum oblationes, quae sit vel presentibus verbis; vel absentes, scriptis. Sagittar. disp. Eth. 13. quem hic videt.

Facti signa vocata dona & officia viciisim proximo praestatae quibus exhibita nobis beneficia redipendere aliquo modo conantur. unde & ut idem ministrat & Maurit. §. 29. scilicet Gratitudo duplex & Animi & Facti sunt: Quarum illa gratias agendo, memoriam beneficiorum conservando apud alios illa celebrando, benè precando, animusque promptum ad compensandum gerendo, Hæc beneficia re ipsa compensando declaratur. Litteras tamen ut monachus Scultet. l. cit. caute hec divisio de Signis scilicet Gratitudinem in homine demonstrans, non de ipsa Gracitidine, quæ unica est, sic accipienda.

Oppositum habet Euxægisis Axægisis, qua quia non agnoscit vel beneficium, vel beneficij magnitudinem, vel dissimilat se beneficium accepisse, vel ejusdem obliviscitur, vel non testatur & verba & gestibus se id acceptississe, vel dicens non compensat cum porret.

Quod accedit à Kolæxæsis, quia & pro malefactis gratias agimus & Gratificatio in hon. sta ac illicita pro accepto beneficio.

Hos (pares) qui nostri sunt status ac ordinis & definiet: Erga quos iustitiam Distributivam exercemus dum dona & virtutes in ijs agnoscimus convenientemque honorem illis propter illa tribuimus, deq; aliorum dicti & factus moderatè sentientes, eorum famæ & existimationi nihil detrahimus.

Oppositamque habet virtus hæc 1. Calumniam, 2. æratusque virtutem, quo plus aequo alijs tribuimus.

Hactenus fuit generalior illa Iustitiae Distributiva Phil. 4. 8; quam eos quo diximus, modo inserere hic placuit: succedit iam specialior, quam habebat Phil. 5. Eth. cuius definitio supra extat.

III. OBJECTUM & INTERNUM est & EXTERNUM.

LIV. ILLUD est in bonis malisve externis alij distribuendis vel ad Excessum vel Defectum propendens appetitio, que hui emendanda.

LV. HOC sunt cum Honores, Dignitates, Praemia, ac è contra Penas, Supplicia &c. oportet utrisque ratione etiis molitecias. 4. Eudem.

c. 2. 5. Eth. c. 2. sum ipse, quibus hæc dantur Personæ.

Omnia

III.
OBIE-
CTUM.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729126528/phys_0030](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729126528/phys_0030)

DFG

Omnia autem hæc publica sunt. Iustum namq; in Gromerr. Propor-
positum, quod est Διαρρηγήν, hoc est, distributivum, Διαρρηγήν
δικαστῶν κοινῶν 5. Eth. c. 4. & 4. Eudem. c. 2. appellatur. de
quo G. inferius.

LVI. FINIS est τὸ Καίσερ, hoc est, (vide, que præcessere disput.)
ut in omni distributione externorum bonorum aquum, & id quod decet
(τὸ δέκατον vocat Theages Pythagoricus l. supra cit. desinit; ὁ δὲ η-
γερ. χ. ὁ τόπος ἡ Φαραγγίς, ἢ περιβάλλοντος δίκαιο.) experamus, ac
constanter præclaramus. vide Piccol. grad. 4. c. 30. Gol. 5. Eth.
c. 2. p. 190.

LVI I. Servatur hic Proportio Geometrica, de qua infra.


LVIII. Distributionis autem factæ è διδικτοῖς ex terminorum (hoc est,
Personarum, inter quas. & Rerum, quarum facta est distributio) comparatio-
ne censuratur. (de qua si ex fonte dulium aquam bibes, ipsam Phil. 5. Ethic.
cap. 3. lege.

LIX. Quæ duobus modis instituuntur, vel Separationis, vel Conjunctio-

LX. Illa sit, cum singuli termini inter se comparantur. Donaldson.
p. 223. Mag. p. 461.

LXI. Est duplex: Nam vel Directæ, vel Alternationis sit. Magis.
Loc. cit.

LXII. Modo Priori, primus terminus cum secundo, tertius cum quarto
conseritur, Proportioj, est illuc Directa: Posteriori vero mutatu terminis primus
cum tertio, secundus cum quarto comparatur, Proportioj, illuc est Permutata.
Exemplum Primi modi hoc esto: Sicut se habet Achilles 12. ut pote & merito
& dignitate Ajax superior, ad Aiacem 6. qui Achilli impar: Sic se res Achil-
lis 8. ad rem Aiacis 4. habet. Secundi hoc: Sicut se habet Achilles 12. ad rem
suam 8. Sic se Ajax 6. ad rem suam 4. habet.



LXIV. Modus Prior, An præmia meritis & dignitati personarum re-
ponendæ, Posterior, in personæ, quibus præmia Ge. distribuenda sunt, di-
guitate sive aequali, sive inaequali significat.

LXIV. Hac sit, cum totum cum esto (hoc est) duo termini, Personæ & Reis, conjuncti, cum duobus terminis, Personæ & Reis, (conjunctionis) comparatur. e. g. sicut Achilles 12 ad Ajacem 6 se habet, & res Achillis 8 ad rem Ajacis 4. Ita se habet Achilles 12. cum res sua 3. ad Ajacem 6. cum res sua 4. Vtribique proportionis est duplex: 12. namque & 8. Achilles fac. 20. 6. & 4. Ajacis fac. 100.

Achilles.		res Achilles.
6.	—	8.
(Ajax.	res Ajaxis)	
6.	—	8.

Consule & hic Euclid. l. 5. definit. 15. ubi $\omega\epsilon\tau\gamma$ λόγος συντε-
τεσις, que est λόγος έπι γράμψ, ως είναι. τοις αὐτοῖς εἰναι ποιησο.
LXV. Atq[ue] h[ic] comparatio, seu examen, Distributionis διέλθεται de-
monstrat. Si enim hic eadem est ratio & proportio ad totum, que in prece-
denti comparatione partis ad partem, recte est distributio. vide Mag. p.
461. & seq. Gol. p. 196. Keck. syst. Eth. p. 245. Est enim

LXVI. Distributiva iustitiae duo membra Dd. disp. 9. Eth. q. 1.
art. 2. Danæus l.2. Eth. Christ. p. 306. b. statuunt: Renunciatio
civam & Panitivam.

Illus Honores, Magistratus, Munera, Beneficia, aliq; id genue pro cuiusque dignitate & meritis secundum proportionem Geometre. am diffeniat.

Hac nocentes, ut par est, supplicijs affice jubet. Cumq; severa est, Severe
ritas dicitur, principis respondens Nequerit: cum vero aequalis quitas dicitur,
principis respondens Clemencia. Illa rigidè sine mitigatione legieimo modo
pan. s. font. b. irrogatur. Hac vero justus & sufficiens de causis remittitur
vel mitigatur. Maurit. l. 2. Eth. c. 28. §. 21.

LXVII. Subseruiunt hunc iustitiae, quod personae delegendas. **Auctoritas**
commodissima, Prudentia & Discretio: quod penas vel praemia deferenda &
exequanda. **Vincituratio** & **Remuneratio** aequi. **Dan.** I. **cic.** apud **qicm,** se
lubet, deſſinaciones h.rrum vicecum leges.

LXVIII. DE causis hujus agit Wesembecc. in digest. l. i. cito.
i. num. 12.

Efficiency.

Ifficientium Præcipuum (Primum) D E M: Secundas, Nominis mem-IUSTITIA**
tis & Principia prædicta (qualia hæc: Paria paribus congruunt, Suum cuius lo-**M DIS-**
cus relinquendus C.) & Voluntatem his notis obtemperantem, ac iuxta eas
TRIBU-
MOTUS cordis & externa membra regentem, statuit.**

Materie tñ In Qua, Voluntatem, Cor, Locomotivam: tñ Circa Quam
omnia officia, munera civilis vita, item pœnas & praemias, alias bona concur-
sus publica, qua singulis privatim aptat, convenienterq; proportione tribuis
Iustit. Distribut. dicit. unde que supra de Objecto diximus.

Forma n ait Convenientiam, seu ipsam æquitatem Geometricam, &c.

Finis Primarius ipse est Dei, qui hujus ordinis autor est, agnitus & cultus,
&c. Secundarius, Bonum publicum. de Fini vide & que supra diximus.

L X I X . Ep̄i μετρα hic statuimus duo: quorum

Primam Proportionem Continuum hinc s' moveat; Disjunctam advocat,
cum se nulus & nullitas communis in hac iustitia à duobus diversis constitut
queat, qui b̄s in comparatione sumi posse. Magir. p. 462. Bachman.
Centur. 3. qq. Phil. q. 98. Q VI enīm hoc est, Personæ, & Q VI D,
hoc est, Res ipsa, que distribuitur, non concurrunt, ut unus possint fieri termi-
bus. Acciajoi. p. 370. Phil. 5 Ethic. c. 3. sic: ε το γινεται εις
δοι θμοι οι, ωνται οι. Idem & 4. Eudem. c. 2. iteratur.

Secundum τὸ ΙΣΟΝ, hoc est, Ε Q U A L E, τὸ ΠΑΛΙΟΝ,
hoc est, P L U S, τὸ Ε Α Α T T O N, hoc est, M I N U S non tantum in
rebus sed & actionibus factis locum habens posse norat. vide Mag. p. cit.

Deniq; & hoc locator hic regula, que in Distributiva iustitia Personam
cum Re conferri statuit. Bachman. l. cit. Keckerm. disp. 25.
curs. Phil. probl. 3.

L X X . Pugnat cum hæc Injustitia Distributiva, que æquitatem ita violat,
ut huic plus, illi minus justo tribuatur. Rationem Phil. quā & Excessus &
Defectus vitium communi Injustitiae nomin: signat, supra sub finem iustitiae
in genere consideratæ habet.

Keckermann. hanc in Injustitiam Num̄ & Num̄ parui dividi pos-
se ait. Sic ut Injustitia Num̄ Excessus, Num̄ parvi Defectus notet vitium.

1. Is: qui fecit injuriam, plus boni, Minus mali qui vero passus est e-
andens Minus boni, Plus mali habere dicitur. 4. Eudem. c. 2. Si: percu-
tientis plus boni, minus mali quam percussus habet; si vero plus mali, boni min-
ori quam percutoris habere dicitur.

2. Durbus malū in equalibus propositū, u, qui minus habet, plus bonū habere, respectu ejus, qui mihi malum habet, dicitur. Minus enim malum boni rationem in hac χ iō obtinet. Et quatenus sc. est eligibile, ut loquitur Acciajol. p. 347. & 370. vide de his Mag. I. cit. τ μεν ϑ νε-
 ν , α γα θ. v πιστ. Phil. 5. Eth. c. 1. & est τ ελαθή να γρ
μάλλον απέτι το μετόνομο. ibid. c. 3. 4. Eudem. c. 2. sicut hoc
Cic. 3. offic. & Erasmus Chil. 4. Cent. 2 proverb. 36.

LXXI. Reducitur huius à Keckerm. In talionis quoniam alteris faciemus idem vicini patimur. Alij, inter quos Dn. Melanchth. in epitome Philosoph. moralis. Welsembec. in Digest. I. 1. tit. 1. num. 13. Donaldson. p. 229. Maurit. I. & c. Ethic. cito. §. 18. hic ius referunt ad iustitiam Communitativa, sed ut Keck. I. 2. syst. Eth. p. 245 statuit, minus recte Scriptura enim sacra, ut illud ius ad paenam refert. Pena autem non ad Communitativam, sed Distributivam iustitiam pertinet. Sed tamen Idem & ad contractus referuntur, ut p. 21. et ex §. Eth. c. 5. unde & neque δ ιος eis argui haud posse colligimus. hoc igitur si queritur, inferius sub iustitia. Commun. de Talione dictum.

IUSTITIA COMMUNITATIVA Iustitia est, que in contractibus & rerum commutations, nullo habito personarum respectu (§. 28. Διεργί, ē διπλεύς Φαῦλον απέτεγγετ, ή Φαῦλος Πτερεψ, §. 2. ē επισκευής Πτερεψ, ή Φαῦλος. 5. Eth. c. 4. & 4. Eudem. c. 2.) eam servat aequalitatem, ut suum quicquid consequatur, & nulla pars defraudetur. Donalds. p. 224. ex Phil. 5. Eth. c. 2. 4. lego & hic egregius Welsembec. in digest. tit. 1. num. 11.

DEFINITIONES: ejusq; I. Necesse uinhus iustitiae argumentū est, quo. l sine commutatione rerum societas & vita hominum non deu posse consistere, propter inopian plurimarum rerum, quibus al. vita sustentationem opus habemus. Mag. p. 466.

II. Ex Phil. definitio εξιν. αφ' ής πραγματιγί τῶν διεργῶν εἰστι, ηγή απ' ής δικαιομένης εγγράψεων τοιούτων διεργῶν.

III. GENUS. DIFFERENTIA. Definitionem supra sub iustitia in Genere considerata exempli-
narium, GENESIS ergo ac DIFFERENTIA explicationem illis
querere.

Dicitur

LXXXVI. Dicitur G R E C. οὐρανούς την, hoc est, Permutativa, sive Commutativa, ut Cas. p. 330. ἐπανορθώσεις, διογόσκεψη, item dixerunt
διογόσκεψη, 5. Eth. cap. 4. τὸ ἐπανορθώσεις (absolute, ubi au-
ditatamen vocē dixerit) ibid. τὸ εἰ τοῦ οὐρανού παντοὶ διογόσκεψη
dixit εἰσὶ, 5. Eth. c. 2. 4. Eudem. c. 2. τὸ εἰ τοῦ οὐρανού παντοὶ
dixerit Ethic. c. 4. τὸ μέρον ζητεῖται τὸ γεγονός ibid.

LA T. Correctivas, quas in correctione commerciorum constituit Acci-
ajol. p. 373. et rurum commutationem ita corrigens, ut nulla pars in unam
sibi fieri possit. Mag. p. 446. 469. commerciorum correctivam voca-
eam Acciajol. p. 373. Morum & commerciorum correctivam p. 359.
Emendatrix dicitur Giph. p. 351.

LXXVII. Keckermann. lib. 2. systemat. Ethic. p. 250.
& hanc Particulari Iustitiae speciem Generaliter, & Specialiter considerat-
que in Actione: Quod idem quasi ex negotiis iusti in Distribut. Iust. facimus.
prop. n. r. lib. 2.

In Generaliori consideratione definitio haec datur: Iustitia Commutativa
est virtus, quae fidem in duabus personis, aut alienum debitum non-violamus.

R. fere hic omnem satisfactionem, prouissijs præstationem, rectam in-
demnationem administrationem G E R M. Richtige rechnung, & debitorum exolucionem. vide & Maurit. l. 2. Eth. c. 28. §. 19. qui &
bui subiicit Restitutivam, que alij subteractionem reficitur.

In Speciiliore consideratione facit cum Phil. & sic nobiscum, ut suis lo-
cis demonstrabitur, refer hic definit. Iustitia Commut. supra datam.

LXXVIII. OBJECTUM duplex est INTERNUM & EX-
TERNUM. III.
OLIE-
CIMUM.

LXXXIX. ILLUD ipse danni alteri inferentis, lucrū ad se deri-
vandi est appetitus, quo hic infirmendus. vide quo de hoc Objecto Iustitia
Particulari in Generis sumptu diximus.

LXXX. HOC sunt res comutanda in Contractibus, Namq[ue] ex τοῖς
οὐρανούπαντοι Iustum Commutativum est διογόσκεψη, 5. Eth. c. 2.
de quibus ex l. 2. Instic tit. i. panto altius placet incipere exordium.

Quædam naturali jure communis sunt omnium, Quædam publicas Quæ-
dam Universtatis, Quædam Nullius, Pleraque Singulorum.

Sunt g. n. i. sunt aer, & qui in aere capiturs, ut aves. W esembec

aqua profuens (hui est, fontana, ut Medicus dicitur. Mynsing, in d. l.
flumen publicum dicteur Wesembec, cuius aqua hauri, nlo se proprias
& in qua capi pesces acquiruntur idem,) mare, & per hoc mari littora.

Secundi generis sunt flumina omnia (perennia sc. ut Mynsing, Pri-
vata enim flumina, quae sunt in dominio, iommodo, & usu aliquius privatius
ut que in privato oriuntur & fluunt, aut ita habentur ex principiis concessio-
ne vel prescriptione, vel alio titulo justo Wesembec. ad h. l. nihil à
sociis privateis differunt. Mynsing,) portus, riparum usus, quae sunt publicas
hoc est, in jure populis, omniumq; usibus patentes, ut quea oriuntur in publicis loc-
is, & per publica fluunt, patentesq; commodis omnium. Wesembec. ibid.

Tertiij generis sunt Non Singulorum, que in civitatibus sunt, hoc est, que
in singulis civitatibus ad commune civium usum sunt destinatae Borcholt,
que alias publica civitatum, ut Idem notat, dicuntur. talia sunt theatres
scalias forum, curias, basilicas, via publica, balnea publi, piscines, aquae da-
ctus, fontes, campi publici &c. Wesembec. & si que alia communia sunt
civitatum.

Quartii generis res sunt duplices, Vult. Jurisprud. Rom.
l. I. c. 65.

Quaedam enim ita sunt nullius, ut ex hominū voto ne fieri quidem alieno-
gius possint, aut debant: quales sunt res sacre, religiosæ, & sanctæ, que divini
guri, propterea q; nulli in bonis sunt.

Quaedam ita sunt nullius, ut tamen sola apprehensione protinus ali usus
fieri possint. Qua iterum sunt duplices; Tamen enim Aliquæ ita sunt nullius,
ut nec ullius unquam fuerint, quales sunt omnes res, que in nullius pri-
vati bonis sunt, nec quoad usum, nec quoad proprietatem Wesembec.
ad h. l. sed jure gentium omnibus vacant, statim occupantei concessæ, ut pa-
ret ex tit. cit. §. Feræ igitur. Aliquæ v. rō ita sunt nullius, ut tamen
aliqui suerint, & postea desirint: que sunt vel Vacantes; idq; vel reipar
vel presumptione juris: vel Relictæ; idq; vel Sponte, vel non Sponte. Vide
Vult.

Quinti generis sunt ea, que ex varijs causis (desinente sic Imperat.)
eiusq; acquiruntur: que alias dicuntur res private, Borcholt.

Res que per contractus ad altius dominium transferuntur, non sunt Primis
nec Secundi, nec Tertiij, sed vel Quartis, vel Quintis, nec &c.

Nam

Nam 1. Quod (verba sunt Imperat. §. Feræ igitur.) Nullius est
antea (excipit hic Imperat. ut commentatur Mynsing. res sacras, re-
ligiosas & sanctas, intelligitur sola ea, quæ in nullius bonis sunt, tam juris quam
possessionis ratione, facta tamen hominis esse possunt, qualia sunt feræ bestias
&c. Quæ vero divini juris sunt, neq; in ulla bonis sunt, neq; facta hominis
sunt possunt) id naturale ratione occupantur conceditur: Unde feræ bestias, &
volucres & pisces & omnia animalia si uulnus ab alio capti fuerint, jure gen-
eralem statim occupantur esse incipiunt. Imperat. ibid.

2. Quæ sunt servitorum transferuntur, id est vel vi Invito, vel domino,
ut per captivitatem in bello, vel Volente eodem; id est vel per Hæreditatem
vel Concessum, (binos hos modos acquirendi dominij Ursin. explicat
Catechet. part. 3. q. III. §. 1. p. 812 habet)

Priori posterioris membra (ab Hæreditate medium acquirendi dominij
statuntur) modis, vel cum, vel sine testamento.

Posteriori, solo concessum, Que est mutua & honesta uorum vel plurium
de re aliqua legatione modo transfer. nla v. l quoad dominium, vel quoad u-
sum, vel quoad obligacionem, consensu. Magie. p. 447. sive, ue Ursin.
I. cit. Consensus inter aliquos de translatione, communicatione, vel commu-
nicatione rerum secundum iustas & honestas leges.

NB Qua triplicem vocis uocatio dicitur esse notionem, quam
Giph. in Comment. c. 2. l. 5. Eth. p. 350. annotat, que vox
cum ex tempore non nobis est, sed ex eo est, qui uerbi significatio
transcribere placuit.

1. Verè & propriè de omnibus ijs rebus negotijs ve dicitur, quibus ho-
mines danio & aucti, iento facultate inter se permuntant, qualia sunt pensio-
nes, mutuationes. meozg; & aucta, hoc est, permundo. Ictis Contra-
ctus, Cic. Pactum & Pactio dicitur. Significatio haec vera & propria est,
& propter originem, & quia omnibus scriptoribus est usitata.

2. Latinus præter contractus & delictum & sceleras, omnia deniq; civilia
negotia, testimonia, nuptias, id est sensu aribo elio complectitur. Quæ signifi-
cacio prope rea solius Philosophi propria est. addit tamen Giphian. &
Id est interdum contractus vocabulum ad sceleras &c. porrigitur, id quod illo
Triphonini in l. Si rerum D. de re jud. Ex malo contractu seu
delicto & stabilit. quo & Borcholt. ad l. 4. instic. tit. 1. accedit

CON-
TRACTUS
Quid;

qui

qui sic: Delictū contrahere etiam est. Sic enim illi dicunt, fraudem contrahere
1. fraudati, de publica, capitale crimen contrahere 1. post contractum de don. crimen perduellonis contrahere 1. donatio. in fin.
cod. Sed quia, addit ibid. qui sursum aere rapinam faciunt, qui s. patiuntur
sursum non consenserunt, ideo delictum impropriè contractus est. Aristoteles,
pergit, delicta overā dāγματε ἀνθρώποις. Eth. c. 2. vocat. viles & Con-
tan. l. 5. comment. Jur. civil. c. 1. num. 4.

3. Significat iustis negotiorum, ex quo actio civilis nascitur. lege & his
Borchelt. ad l. 3. instit. tit. 28. Quae significatio strictiore est duabus
prioribus, & iuri civili propria.

4. Significat non omnia, sed certos eantum contractus, ex quibus utringue
nascitur obligatio, qualia sunt Venditio Emporio &c. qualia non sunt Mutuum,
Commodatum, Stipulatio, utpote ex quibus non utrumque nascitur obligatio. Si-
gnificatio haec istidem angusta. & tunc iusti nota exemplorum que hoc es-
timamus, extat ibid. εἰδήσης.

Dividitur hic in Voluntarium & Invitum. Sic enim Phil. 5. Eth.
c. 2. & 4. Eudem. c. 2. τέτε (nempe ἐν τοῖς οὐρανοῖς μάρτυρες δι-
δωκες) ἡ μάρτυρος τῶν ὡς οὐρανούματων, τὴν πάθη ἐκστάτη-
κει τὴν ἀνάστασιν. De Invitus autem sive involuntariis contractibus, querentes
sic appellantur, suo loco dicetur.

Prioris generis 6. enarrat Phil. species. 1. περάξια καὶ ἀντί-
emptionem & Venditionem, 2. δανεισμὸν, Mutationem, 3. ἐγγόλῳ,
Sponsionem, 4. ξενιστικὴν, Commodationem, 5. μεταγενετικὴν, Depositionem,
vulgarius Depositum. 6. μεθοδον, Conductionem; cui addes quam
supponitis, Locationem.

Lab. t autem hic ex Imperatore Centratus discere genera, que sunt, quia
tuor (cum illo, qui Quasi contractus discuntur, de quib. Imperat. l. 3. in-
stit. cap. 28. nihil nobis hic commercet) Nam vel KE, qualia sunt
1. Mutatione, (de qua Imperat. l. 3. instit. tit. 15.) 2. Indebiti-
tum, (de quo ibid. §. Is quoq; qui non debitum &c.) 3.
Commodatum, (de quo ibid. §. item is, cui res aliqua
utenda

vitenda &c.) 4. Depositum, (de quo ibid. §. Præterea
& is &c.) 5. Pignus, (de quo ibid §. Creditor quoq; qui
pignus &c.) vel V E R B I S, qualia sunt 1. Stipulatio,
(de qua libr. instit. cit. tit. 16.) 2. Fidejussio, (de qua
libr. d. tit. 21) vel LITERIS (de qua contractus specie ibid. tit. 22.)
quibus hoc tempore omnes contractus confirmantur, Chytr. in reg. vit.
mishi p. 268. vel CONSENSU, qualia sunt 1. Emptio &
Venditio, (de quibus libr. cit. tit. 24.) 2. Locatio &
Conductio, (de quibus ibid. tit. 25.) quo & contractus Ep. Quo-
tuorwes refertur (de quo ibid. §. adeo autem &c.) 3. Societas,
(de qua ibid. tit. 26.) 4. Mandatum, (de quo ibid. tit. 27.)
convenimus.

Mutuatio. Leyhen oder Borgen/ est, qua res alteri tradi-
guntur & quoad usum, & quoad dominium, ut similem aequivalentem, hoc est,
non eandem, sed aliam ejusdem naturæ & qualitatis, ut loquitur Imperat.
I. supra cit. nobis restituat, absq; favore Magir. Ursin. II. citt. Cas.
p. 332. Chytr. reg. vit. l. d.

Indebitum, (licet posius id Distractus quam Contractus nomen
merentur, Borcholt. in l. supra cit. & ad tit. 28. §. item. is, qui
per errorem. &c.) est, non debiti ab eo, qui per errorem solvit, acceptio,
sive, ut loquitur Mynsing. Quando quis solvit per errorem, quod non debet.

Commodatum, (quibusdam Commodatio) Leyhen/ est,
qua res alteri utenda traditur, nulla mercede accepta vel constituta;
Imperat. (siās enim mercede interveniente locatus tibi usus rei videtur.
Gratuitum autem debet esse commodatum, ut Idem.) ea tamen conditione,
ut eandem nobis restituas, Magir. p. 448. Chytr. Ursin. II. citt.

Kk

Depo-

Depositum, Beylag^r est alicuius rei nec ad usum, nec ad dominium, sed custodiam in alterius fidem commissio, ea conditione facta, ut eam nobis petentibus iterum restituat. Magir. Chytr. Ursin. Cas. II. citt. Mynsing. ad l. supra cit. Dd. disp. 9. Eth. q. 1. art. 4. actionem deponendi hunc Contractum vocare.

Pignus, (quibusdam Oppignoratio) Verpfändung/ est, quando res ad alium transfertur, ut sit ei obligata non tamen ad usum Dd. l. cit. (Creditor enim, qui pignore utitur, furtum facit, Imperat. libr. 4. Instit. tit. 1. §. Furtum autem fit. &c.) tamen si per donec alia res, quae ei debetur, persolvatur: vel quando res traditur alicui ea conditione, ut si intra certum tempus non redimatur, alter habeat ius ea utendi pro voluntate. Ursin. vide & Wesembec in Isagoge in lib. 3. instit. §. 16. Chytr. reg. vit. l. cit.

Stipulatio est verborum conceptio, quibus is, qui interrogetur, daturum saturumve se id, quod ex conventione interrogatus est, in continentem promittit. Mynsing. ad l. 3. instit. tit. 16. ubi de Stipulatione. unde Dd. l. cit. eam brevius, Promissionem ab aliquo precedente premissionis petitione factam, definit.

Fidejussio, sive **Sponsio**, (sic et alias, si strictius utramque consideres, ut notat Mynsing. ad l. supra cit. differant, cum Sponsores dicantur, qui sua sponte & non rogati pro debitore intercedunt, Fidejussores non item) Bürgschaft/ est, qua fides nostra ad alienam premissionem obstringitur, ea conditione, ut si is, qui promisit, promissum non præstiterit, nos ad præstandum simus obligati. Magir. Chytr. Casus, Mynsing. II. citt.

Emptio & Venditio, Kauf und Verkauff/ est, quæ interveniente justo & equivalente pretio, dominium alicuius rei transfertur ad alterum. ijdem. II. dd.

Locatio & Conductio, Vermietung und Übergang/ est, quæ ius unius aliijus rei immobilia, ut notant Dd. l. cit. sine domi-

gio, interveniente mercede, altero ad certum tempus, sicut eadem res incor-
ruerit nobis reddatur, concedimus. ijdem.

E p r o p r i e t a t i s , E r b b e s t a n d n u s s e / e s t c o n t r a c t u s , q u o u s u s v e l d o m i-
n i u m u t i l e f u n d i à d o m i n o t r a n s f e r t u r a d c o l o n u m , u t e a m c o l a t , & o b l i g a t u s
f i t d o m i n o a d c e r t a n a l i q u a m s e r v i t u t e m p r a f t a n d a m . U r s i n . s i v e , u t
M y n s i n g a d l . s u p r a c i t . q u o r e s s o l i s , s i v e i n m o b i l i u s u b a n n u s p e n s i o-
n e i n p e r p e r u m p l e r u m q ; c o l e n d a , f r u e n d a t r a d i t u r , c u m r e t e n s i o n e t a n t u m
d i r e c t i d o m i n j , a l t e r i u s c u j u e v i s j u r i s i n r e c i p i e n t e m t r a n s l a t i o n e f a c t a . v i d i
& b i c C h y t r .

S o c i e t a s , G e s e l s c h a f f t / e s t c o n t r a c t u s e o r u m , q u i u n a n e g o-
v i a n t u r , i n q u o a l i u p e c u n i a n , a l i u l a b o r e m o p e r a n g , c o n f e r t , e a c o n d i t i o n e s ,
u t u n i q ; p a r s l u c r i & d a m n i c e d a t , & n e u t r u s v e l s o l u s l u c r u m c a p i a t , v e l
s o l u s d a m n u m f e n t i a t . C h y t r . U r s i n .

M a n d a t u m] e s t c o n t r a c t u s , q u o i s , q u i q u i d r o g a t u r , p r o c u r a-
g o r i s (P r o c u r a t o r a u t e m n e g o t i o r u m g e s t o r e m s i g n i f i c a t , B o r c h o l t . a l i e n a
n e g o t i a m a n d a t o d o m i n i a d a m i n i s t r a n t e m U l p i a n .) a n i m o r e c i p i t , s e i d
g r a t u i t o d a t u r u m f a t u r u n v e s S e t s e r . d i s p . 2 6 . J u r . c i v i l . § . 7 .
M a n d a r e e n i m e s t a l i c u i p e r s o n a g e r e n d u a l i q u i d e x e q u e n d u m q ; c o m m i c t e r e .
M y n s i n g . a d l . s u p r a c i t .

H e c d a g e B e g g e r i o w d e C o n t r a c t u V o l u n t a r i o e j u s q ; s p e c i e b u s a d p r a-
s e n t i s π e c a y μ a g a l i o s s u f f i c i e n t e O p i d e i z i v : q u e a l i a s b i i & a l i t e &
p r o l i x i u s c o m m e n t a r i q u i s p o s s e t σ κ i p t e s m i p o s τ o z e u z o v , & à n o s t r o
p r o p o s i t o v i d e n t u r a l i e n i o r a . T u , b e n e v o l e l e c t o r , s i l u b e t , i p s u m I m p e r s t o-
r e m a d i c t o , s a c r a q ; t u r i s , i p s o m e t d i c t a n t e , e x c i p i t o o r a c u l a .

D i c u n t a u t e m d i c i c o n t r a c t u V o l u n t a r i j , r a t i o n e p r i n c i p i j : P r i n c i p i u m
e n i m e o r u m e s t v o l u n t a r i u m . E x p r i n c i p i o a u t e m , u t s u m m a c u j u s l i b e t r e i
C a u s a , r e s s p e c t a r i s o l e t . I t a q ; l i c e t p o s t e r i u s f i a n t N e c e s s a r i j , n i b i l o m i n u s r e c t e
V o l u n t a r i j d i c u n t u r . Q u e m a d m o d u m & v i r t u t e s & v i t i a s t a t u u n t u r V o-
l u n t a r i a . v i d e G i p h a n . p . 3 5 1 . & s e q . e x P h i l . 5 . E t h . c . 2 . &
4 . E u d e m . c . 2 . u b i s i c : ε x θ t i a ḥ λ e y t a p (τ ḥ v σ u v a l l a y p a t o w
t w a) ḥ o n ḥ d e x e t i τ ḥ v σ u v a l l a y p a t o w t ḥ t w i n e t : G .

I n v i t i a u t e m I n v o l u n t a r i j v e c o n t r a c t u s s u n t , q u i v e l i n t e r N o l e n t e s , v e l

Ignorantes sunt. Mag. p. 443. Gol. p. 192. *Inviti autem dicuntur non Agentes, qui sponte & sciens agit, sed Patientis ratione, in cuius potestate non est corundem principium, cuius per ejusmodi contractus vel ignorantia vel invito sit *injuria*. Mag. l. cit. Giph. p. 352.*

Suntq; duplices: vel *Clandestini*, vel *Violenti*. s. Eth. c. 2.

Illi (*ουναδάγματα λαθαῖς* dicuntur Phil. ll. citt.) sunt plane nobis ignorantibus, quale est, furum, veneficium &c.

Hi (*ουναδάγματα θίασα* dicuntur eidem ibid.) quidem nobis scientibus, sed tamen præter nostram voluntatem sunt, quales sunt *Tarceres*, & *Vinculi*, *vulneratio*, *rapina* &c.

Sed NB. quod Mag. l. d. inculcat: *Invitos hos Contractus à Iclis non dici contractus, cum inter contrahentes debeat mutuum esse consensu, qui hic desideratur, cumq; per consequens cum Ignorantie contractus non ineat*. Borcholt. ad lib. 3. inst. tit. 28. §. *Tutores quoq; nec cum invito*, Idem ad l. 3. inst. tit. 27. pr. *recurre ad secundam contractus significationem, quam supra ex Giph. dedimus*.

LXXXI. FINIS est το καὶ τὸ commune huius cum superioribus consistitq; hocce in illo, ut in orni commutatione exterrorum bonorum æquum & id, quod decet, expertamus, ac constanter præligamus. vide Piccol. gr. 4. c. 30. Gol. 5. Eth. c. 2. p. 190.

LXXXII. Servatur hic proporcio Arithmetica, de qua paulo post.

LXXXIII. PROPortioνis suprā meminimus, de qua commo diūs hic.

LXXXIV. Illa v. rō si principalem & primariam divisionem spectamus Magis. triplex est: Musica, Arithmetica, Geometrica.

Illæ in harmonia sonorum & vocum, eorumq; intervallis consideratur. Ista (de qua Phil. 5. Eth. c. 4.) est numerorum, paribus intervallis à se invicem distantium, ut 3. 6. 9. 12. Mag. p. 453. sive, aequalibus excessibus se mutuo per ordinem excedentium. Keckerm. l. 2. syst. Eth. pag. 242.

Hæc (de qua Phil. 5. Eth. c. 3. 4. Eudem. c. 2.) est quartus pluriumve numerorum secundum certam aliquam rationem similitudo, Magis. l. cit. non verò per omnimodam intervallorum (ne in præcedenti) equalitatem Keckermann. l. cit. qua certa ratio hæc est, ut quilibet præcedentem proxime coties complectatur, quoses secundus primum Gem-

ma

DE PRO-
PORTI-
ONE.

ma Frisius. ut 3. 6. 12. 24. 48. &c. Et hoc est quod sibi vult Phil. 5.
Eth. c. 3. dum ait: οὐ τὴν γεωμετρίαν συμβάντα, καὶ τὸ ὄλον περὶ τὸ
ἔλον, ὅπερ ἵναπεν περὶ ἐκάτερην. idem habet & 4. Eudem.
cap. 2.

¶ Non hic curiosè inter Proportionem & Proportionalitatem, illam duo-
rum in aliquo tertio convenientiam, quæ Keckermann. Similitudo para-
bolica simplex dicitur, Hanc duarum proportionum similitudinem seu compa-
rationem, quæ eid. Similitudo parabolica composita dicitur, definiendo, di-
stingimus, (vide, si placet, Keckermann. l. 1. systemat. Log.
c. 4. p. 267.) maxime cum videamus, aliquoties ab aliquibus terminum u-
trumq[ue] statui ouvēv̄p̄oy. sit exemplo Acciajol. p. 363. & alibi.

LXXXV. Prima species nobis hic est otiosa, Secunda & tertia negotiosæ.
LXXXVI. Quæ differunt tripleiter. Nam

1. In Arithmetica Quantitatis, secundum intervallorum & distan-
tium aequalitatem: in Geometrica Qualitatis, secundum affectionis & rationis
similitudinem, qua erga se hic: & ille sunt affecti, habetur ratio: unde & hæc
magis ponderare, quam an numerare quantitates à Wesselbec. in di-
gest. tit. I. num. II. dicitur.

2. In Arithmetica progressus datur in infinitum, cum numero numeris
additione in infinitum crescere posse: In Geometrica vero inter certos termi-
nos, qui inter se mutuo conferuntur, proportio consistit.

3. Arithmetica semper habet similitudinem excessus: Seqvens enim nu-
merus semper eodem modo excedit antecedentem, quo ille priorem: in Geo-
metrica vero non semper similes sunt excessus, nec aequalia intervalla.
Mag. I. cit. &c.

LXXXVII. Meminit & duarum aliarum divisionum Phil. 5. Eth.
c. 3. querunt

Prima in Continuam, οὐνεχήν, & Disjunctam, sive Discontinuam ac
Discretam, ut Acciajol. p. 365. eam vocat ἀντιδιορθόλων, dividitur.
Illa est, in qua actu tres quidem ponuntur termini, porfestate vero sunt quatuor
or, quia intermedius bū sumendus est terminus, τῷ δὲ ἕτερῳ δύοις χει-
σταις, ναὶ δις λέγεται, ut sicut se habent 4-ad-8, sic 3-ad-16. de hac loquitur
Euclid. lib. 5. definit. 9. Αντιδιορθά ἢ ἡ τριτή ἔστι εἰλαχίστη
ἔστι. Hec est ubi actu quatuor ponuntur termini, ut sicut habent se 4-ad-3,

Sic 6-ad-12. Magir. p. 454. quem & vide p. 458. Utinam & in Geometrica & Arithmetica Proportione exempla vide apud Acciajol. pag. 368.

Secundâ in Directam & Permutatam difficitur. Illa est, in qua primus terminus cum secundo, & tertius cum quarto directè comparatur. ut, Sicut se habent 4-ad-8, Sic 16-ad 32. Hæc est, in qua primus terminus cum tertio, & secundus cum quarto mutatur. ut, 6. 12. 18. 36.

ubi 6. in 18. ter, 12. in 36. ter reperiuntur. dicitur hæc species Euclid. lib. 5. definit. 13. ἐναλλαξ λόγος, ut & hic Phil. Victorin. Strigel. in lib. 2. Eth. Dn. Melanchth. hanc proportionem similem ait choreæ, quæ vocetur der zemmer dansz' ubi in una serie saltante masculi in deca sole mulieres. postea sit permutatio & singuli adolescentes dicuntur puellas ratione quadam vicisitudinis, ut: adolesc. — puella — adolesc. — puella

8. 4. 2. 1.
huc pertinent exempla regulæ, quam Proportionam, sive Deri vocant Arithmetici. vide hic Mag. p. 454. supra cit.

LXXXVIII. Proprietatum 24. id omnia, h.e. applicatio ab præsens, quod sub manu est, ne cayuge excipit. ubi tamen, Dn. Lector, haud à nobis Continua & Discreta, Directa & Permutata exspectabis usum, hunc enim suis locis vides, Sed tantum Arithmetica & Geometrica, quæ his sunt primarie.

Thematia hic illa statuuntur.

1. *Injustitia Particularis* est Mediocritas.
2. Mediocritas hæc est analogica, hoc est, proportionalis, utpote quæ intra terminos certo modo erga se affectos consistit.

3. *Injustitia Distributiva, Geometrica,*

4. *In Commutativa, Arithmetica* proportio datur.

PRIMUM probatur (vide c. 3. libr. 5. Eth. in fronte) à Contrario, syllogismo composito, Magir. p. pr. cit.

Si injustus est inaequalis, Tò Injustum (per naturam Conjugatorum) est inaequale: Si, Tò Iustum (per naturam Contrariorum, quorum contraria sunt iniqua) est æquale: Si, Tò Iustum est medium (omne enim æquale est medium inter

inter

inter duo inaequalia, Plus & Minus) si; iustitia (per naturam Conjugorum) est Mediocritas, ὅπερ εἶδε δῆλον, sicut jam porrū ad binas Iustitiae Particulares species applicatio. de Commutativa mediocritate legē & c. 4. libr. 5.
Eth. ibi: ὡς τὸ ἀδικοῦσθαι &c. & Acciajol. in illud p. 374.

SECUNDUM probat Phil. à definitione analogorū Mag. p. 455.

Analogia, quæ intra terminos certo modo erga se affectos consistunt, quantum, ut ex Acciajol. loquereris, unus ita se habet ad alterum, sicut reliquias ad reliquum dicuntur.

Talia autem sunt Iustitia & Iustum. Nam (ex natura τὸν τεῖχος πίνακας) Omnia relativa reficiunt suum terminum tanquam correlativum, cui libetque relato suum correlatum sic responderet, ut unum possit dici alterius. Kecker. libr. 1. systemat. Log. c. 12. §. 5. unde & à Phil. τεῖχος οὐνόματος dicuntur: Iustitia autem & Iustum sunt relatives, ut pote & inter Plus Minusq; (quorum respectu dicuntur Aequalia Mediocriae) consistentias & perpetuū ad alium (unde ἀριθμὸς τεῖχος εἶναι) Iustitia dicitur Phil. 5. Eth. c. 1.) respiciens.

E. sunt analogia, Mediocritasq; eorum erit analogica, hoc est, intra certos terminos inter se invicem devinctos consistet.

Termini his inter quos Iustitia versatur, sunt vel RERUM, vel PERSONARUM.

RERUM, in Iustitia Distributiva, que sunt distribuenda: in Commutativa, que sunt commutanda.

PERSONARUM, in illa, inter quas fieri distributio: in hac, inter quas instituetur commutatio.

RES in Iustitia Distributiva sunt duplices: altera, quæ distribuitur: altera, ipsa causa propter quam fieri distributio. Illius sunt premia, honores, pecunia &c. Hujus sunt Labor, diligentia, studium &c.

PERSONÆ in eadem itidem sunt duplices: altera, quæ justè agit, justè τὰ δίκαια meritis distribuendo: altera, quæ justè patitur, justè τὰ δίκαια meritoq; recipiendo.

RES in Iustitia Commutativa similiter, ut & PERSONÆ sunt duplices: Utraq; enim persona (ecce duas personæ) commutandum quid (ecce duae res) habet. e. g. Agricola frumentum, Vinitor vinum, Sutor calceum, Pistor panem.

Suntq; ut hinc colligitur, ad minimum quatuor termini, (Nam & plures esse

res esse possunt ut demonstrat Acciajol. p. 365.) in quibus ius hoc constat. Duo enim sunt oportet, inter quos dividitur; & que ipsis dantur, Res duas; ut que rerum inter se fuerit proportio, eadem & ipsa esse debet, quorum gratia ius attributur. alicquin enim pugnae, criminationes &c. oruntur Connan. l. 5. Coment. Jur. civil. c. 1. n. 1. ex Phil. 5. Eth. c. 3. 4. Eud. c. 2. cum contra, ubi quisque sua habuerint, & qui & socii (τοι η κονωποι) sint. Eth. c. 5. Eud. c. 3. Sic sic, pergit Id. ibid ex eod. ut ius istud, quia aequum est, in duobus tantum cernatur, nempe, ut ex Phil. explicat Acciajol. p. 362. in illo, quod dicitur aequalis, & illo ad quod dicitur aequalis esse. Quod enim aequum est, inquit sic. Phil. (verba sunt adhuc Connan.) alteri aequum est: quia ius est, quasue habeat rationes. οις τα διάκρισεις τοιχάριον, δύο εἰσὶ, & τα εἰς, τὰ πρόγραμματα δύο 5. Eth. c. 3. Quod enim in proportione positum est, ad minimum in quatuor versatur, nec paucioribus potest contineri. nam omnis similitudo duorum est saltem, E. proportio omnis, cum sit similitudinaria comparatio, ad quatuor aequaliter opposites ut progrediatur. vide & Giphan. p. 356. imprimis ipsum Phil. 5. Eth. c. 3. & 1. M. M. c. 34. (ubi hac tractantur dilucidè.) ex cuius fonte catena à nobis adducta demanatur. In proportionis hujus formam redigendas tam personas, (δια τα τέτοι, nempe εἴτε φύση καὶ τοῖς, de quibus Phil. loquitur, ισοδιάλογοι 5. Eth. c. 5.) quam res (δια τα τέτοι, nempe quod in permutatione venit, ισοδιάλογοι 1. cit.) cum contrahentes & permixtabunt, ut justa sit permutation, sicut et Phil. 1. allegat, bis: εἰς χαρηματα ἐπί αὐτογιας (interseruit hic Mag. & Riccob. particulam, scilicet male) δια τα τέτοι, οὐταν ἀλλάξονται. εἰ δὲ μη, αμφοτέρους εἴτε τας ισοδιάλογας τοις επειγον ανταντα. vide hic Giph. in comment. cap. cit. p. 384. confer & 4. Eudem. c. 2. καὶ σχηματικής ισοτητας οις φύσης εἰ οις, ut hic requiritur. lege Eudem 1. cit.

Sed NB. Connan. liberius rationum voce usum esse, quam Acciajol. p. 363. strictius & magis propriè usurpat. Sic enim hic: Similitudo rationis est rationum aequalitas, quam isti proportionem vel proportionalitatem vocant. Continet autem duas Proportiones rationes: ratio autem saltem est in duabus: Similitudo vero rationis in duabus rationibus. & paulo post: Similitudo rationis continet saltem duas rationes, & quatuor terminos. Ecce igitur ισοτητας ισοτητας rationum à Connan. admissam. haec enim est ορεγα Euclid.

Euclid. I. 5. definit. 9. terminis Acciajol. I. cit. extremis Giph.
pag. 359. 360. incident. lege, Candide lector, si placet, Acciajol,
überius de his I. cit. differentem. Facit ad hujus Δ $\text{H}\delta\epsilon\zeta\text{v}$ clariorem
Euclid. I. 5. definit. 3. ubi sic: $\lambda\gamma\vartheta$ εἰ δύο μεγάλων ἐμογόνων,
ἢ καὶ πλικότες τοὺς ἀληγόνα τιὰ χέρις, que χέρις, ut docet 4. de-
finit. εἰ τοπερχῆ ἀληγόνων consistit. Sic enim ille I. pr. cit. λέγει
τοῖς τοῖς; ἀληγόνα μεγάλη λέγεται, ἡ δύναται τιλαπαζόντα
ἀληγόνων τοπερχή, Sic iner 9. & 27. λέγεται χέρις est triplas. 9. & 36
quadruplices.

N.B. OBST. Analogia est propriè numerorum & magnitudinum,
ut pote ad Quantitatem pertinentium, Iustitia autem Qualitas est, unde hinc
exultatum ire jubat analogiam. Phil. 2. dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur
Numerans est, vel Numeratus.

Ille est, qui abstractè spectatur, Keckermann. I. i. systemat.
Log. mihi p. 93. quem dicitur provocare, hoc est, numerum absolutum,
& solitariè sine rebus consideratum vocant, qui constat, ut habet Acciajol. p. 365. ex unitatibus absolute, hoc est, ut id. p. 364. à rebus abs-
tractis, nec applicati alicui rei. Id. p. 365. unde Plato Cumulationem, si-
ve Congregationem, Compositionemque unitatum eundem definire. Id. ibid.
Estq; hic Objectū Arithmetices, que dicitur εἴς αφορέσθως, hoc est, ab-
stracte, absolute, ut numerus est, omni semora concretione materiae, conside-
rat. dicitur Phil. dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur
Acciajol p. 366. formalis eidem. p. 365. Iavell. I. 10. metaph.
q. 15. essentialis. eidem. vide et hic Mag. p. 457. Giph. p. 358.

Hic est, qui concretè spectatur Keckermann. syst. Log. I. cit.
nec absolute & seorsim sine rebus, sed rebus inhærens, Giph. I. cit. ac
combinante cum ipsam consideratur. unde & dicitur εἰς τοὺς θέοντας,
hoc est, ex adjectione rerum sc. numeratarum Acciajol. p. 364. Nume-
rus materialis Id. I. pr. cit. quantitatibus Iavello libr. metaph. &
q. citt. dicitur.

In illo $\alpha\gamma\vartheta\gamma\alpha$ per se & propriè Mag. p. 458. primæ ac principali-
ser Acciajol. p. 366. consideratur: In hoc vero per accidens Mag. I. cit.
metaphysicæ Keckermann. systemat. Eth. p. 242. Secundarij

Acciajol. I. d. & sic in actionibus iusticie, quatenus illae circa personas & res, quarum dignitas & pretia ratione quantitatis, sive numeri assestari solent, versantur. Mag. ibid. confer & Acciajol. p. 366. cit. Phil. sic: τὸν ἀριθμὸν δὲ μόνον εἰς πορείαν δηλουσὸν οὐδὲ τὸν διπλὸν. Eth. c. 3. & 4. Eudem. c. 2. mollesciam hanc accommodationem vocat Strigel. in l. 2. ep. Eth. Dn. Melanchth.

Recteque hic Propositio Geometrica, quam ex Cas. pagina 339. rationum, pag. 343. rationis proportionem, Acciajol. pag. 362. & 343. rationis similitudinem dices, describitur, in qua spectatur aequalitas rationis. Cas. p. 331. proportionis, ibid. dignitas sc. personarum (non enim inter se cives officio sc. dignitate pares sunt. Idem p. 331.) & premium rerum (non enim bona civitatis sunt aequalia. Id. ibid.) distribuendarum. Mag. p. 458. Keckermann. systemat. Ethic. libr. cit. pag. 241. 242. & seq. vnde & à Piccol. gr. 10. c. 10. medium Geometricum definitur id: quod in aequalitate & similitudine rationis collocatum est; adeo ut premia muleis dantur. pars ratione meritis eorum respondet.

Arithmetica vero quoniam ex Cas. p. 339. rerum. p. 343. rei proportionem dices, in qua in rerum permutatione nulla & simplex spectatur aequalitas quantitatis. Id. p. 331. sicut alias in numeris non queritur collatio rationum, sed tantum spectatur aequalitas dependentie in intervallis numerorum ordine sequentium. Keckermann. disp. curs. Phil. 25. probl. 4. Ita utrum personarum circumstantiarum respectum &c. Mag. p. 473. Keckerm. syst. Eth. 1. cit. p. 243. 251. vnde Piccol. grad. & c. cit. medium Arithmeticum illud definit, quod sit absolutum, aquæ distans ab extremis: cum, ut id. ibid. semper tantum alter retrahendum sit, quantum ab eo receperimus. sive, ut Cas. p. 330. quo tantum datur, quanti res empta & commutatae valent, definitur. vide egregium hic Cas. l. 5. c. 1. p. 339. & g. Colophon in pactus nobilissimi illi, quem rusticus impiegasti, equalis habetur, proportionis servatur Arithmetica. Si non; Geometrica. vide & Keckermann p. 243. hic delucidatur.

Medium utriusque, tria libiter diff. re. Nam

1. Medium iustitiae Distribuencis secundum meritos personarum consideratur.

2. Personas

2. Personae, quibus competit hæc Iustitia, ante distributionem non sunt
æquales.

3. Acceptiorum personarum & terminorum illa ipsa ponderat.

Contra vero,

1. Medium Iustitiae Commutans nulla personarum merita ponderat.

2. Personae, quibus competit hæc Iustitia, ante commutationem sunt æ-
quales ad rem commutabilem.

3. Detrahendo & addendo ipsam rei proportionem spectat, ut da-
minum & lucrum, plus & minus ad aequalitatem revocat. Cal. l. s. c. 3.

p. 342. & seq.

In ἔγγρῳ TERTII nostri thematij Phil. i. ἐκ τῶν ἀξίων,
hoc est, tam personarum, quam rerum (quarum ἀξία est earundem valor &
preium) quæ hic spectandas dignitas convinet, in Iustitia Distribuente Me.
distributam esse analogiam, quod & hic τοις χαράν πρædicto, sic:

Ibi dignitas personarum & rerum spectatur, ibi consideratur Proportio
analogica, ut singulæ singulis respondeant.

Sed in Iustitia Distributiva dignitas hæc spectatur, ut sc. cuique debetur
reddatur. E.

Mag. p. 436. ad demonstrandum utriusq. Iustitia Particularis
specie Medium analogicum hanc rationem accommodat: Acciajol. vero
p. 363. ad Iustum Distributivum. quod & faciunt Gol. p. 195. Giph.
p. 357. quorunq; hic, ex verbis Phil. τὸ δικαιονέα τὸ τῶν Δικαιουμένων
ἀπολογίσοταν νόμος γετε ἀξία τοῦ δικαιονέα colligit, hanc rationem non
esse communem, sed Iustitia Δικαιουμένων propriam, utpote que propriæ ea
sunt, que ducuntur γετε ἀξία, & in qua solus dignitatis habeatur ratio, cum
en aliæ mere aequalitatib;. Deinde addit, Etsi vulgo Iustitiam definire so-
lent etiam generaliter, que suum cuique tribuat pro dignitate seu γετε ἀξία,
ut ab ipso Phil. in libr. de virtutib. & à Cic. multis in locis, impro-
priæ ratione hoc fieri: cum ἀξία personarum potissimum respiciat, quarum in
estimatioνē Δικαιονέα nulla habetur ratio. Quare posteriorum, ut & ipsius Phil.
stare iudicio placuit.

N.B. Dignitatis, cuius in Iust. Distribut. habetur ratio, non esse unam,
sed triplicem, pro R. rumpub. diversitate, mensuram. In Δικαιονέα
tamen ex Libertate, in Oratione χριστii ex Divitijs, Potentia, Nobilitate, &c. in

Aestimatio ex Virtute & Rebus praeclaris dignitas estimatur. vide
Phil. 5. Eth. c. 3. 4. Eudem. c. 2. Piccol. gr. 10. c. 10. &
Comment. Mag. p. 457.

2. Εξηγορεος dicti thematis membrum Iustitiae Distributiva Proportionem Geometricam transcribit. argumentatur autem Phil. ex natura Iustitiae Distributiva & Proportionis Geometrica Magir. pag. 458. & seq.

Ibi iner personas inegaliter diversaque conditionis res diverse sunt distribuendae, ibi Proportio Geometrica, cuius proprium est spectare tunc à ξιασι hoc est, tribuere quantum cuique pro merito debetur, ut res personis, & contraria respondent, est tenenda.

In iusto Distribut. prius sit. II. & posterius ibi sit.

OBST. Es in Distribut. hac Inst. Arithmeticā Proportionem habere locum, p. Magir. p. 475. per concessionem, sed limitatam, Nempe quando iner aequales, hoc est, ejusdem dignitatis & conditionis quid distribuendum venit. deinde & ipsa res distribuenda correspondente dignitatis, conditioni & merito eorum, quibus tribuuntur, ut, qui plus laboravit, & plus accipiat. Acciajol. p. 363. tñ & Aequi opere utriusque Εξηγορεος objections huic satisfacit. Notandum, inquit, praeterea, quod Aequum duobus modis accipi potest, Uno modo, ut nec superet, nec supereretur: alio modo, ut superet quidem, sed tamen servet aequalitatem respectu personarum, quibus distribuuntur. Videatur ergo in iusto Distributivo cadere posse utrumque equum. Nam si sine persona pars dignitatis, necessarii ibi servabuntur aequalitas rerum distribuendarum, ita ut quod dabitur, non superabit, nec superabitur. Consistit etiam in aequalitate rerum, quarum altera superat, & altera superatur: tamen servatur aequalitas respectu personarum. e. g. si Achilli detur & Ajaci, & Achilles superet Ajacem in decimo: si dabuntur ei aqua secundum Quantitatem non servabitur iustum: sed quanto Achilles superat in dignitate, tanto id quod ei additur, superare debet &c.

Peccane hics qui Musarum alumnos parvo,

Ambubajarum collegia, pharmacopolas,

Mendicos, mimos, balarrones, hoc genus omnis
magno conducunt.

qui, coquo decem minas, medico drachmam, adulatori decem eslenes
ut Crates Thebanus conqueritur, numerant.

Q. H. A. R.

Q U A R T U M sic demonstrat Phil.

Ubi Δ quum non respicit personarum rationem, sed solam Damni & Lacri qualitatem, ibi Δ quum & iustum in Arithmeticā consistit proportionē. At Δ quam & iustum Correc̄tivū non respicit qualitatem personarum &c.

